



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 18. Hujus censuræ transupta in Belgium transmissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„velitis, ut tandem ad fanio-rem doctri-
 „nam redeatis, nam memores sitis, Sæcul. XVI.
A.C. 1587.
 „quod Societas vestra nomen a Jesu
 „sortita sit, illudque adoptaveritis: non
 „ergo in eo studium vestrum reponite,
 „ut negetis vim, & efficaciam gratiæ,
 „quam ille impertitur, cujus nomen
 „deferre gloriæmini: insuper revocate
 „in memoriâ, quod vester Pater Bel-
 „larminus, cum in eadem cathedra,
 „in qua vos docetis, de eodem hoc ar-
 „gumento ageret, doctrinam vestræ
 „recta oppositam tradiderit. Denique
 „vos rogamus, ut unice solliciti sitis,
 „quatenus Ecclesia per vestra bona
 „exempla ad pietatem incitetur, licet
 „vos tanquam Sacerdotes, & Reli-
 „giosos decet.”

§. XVIII.

*Hujus censure transumpta in Bel-
 gium transmissa.*

Quamprimum hæc censura erat de-
 creta, mox plura illius transum- Fast. Acad.
pag. 171.
 pta conficiebantur, quæ ad Belgii An- Hist. Congr.
pag. 16.
 tistites, vigesima ejusdem Mensis die
 transmissa sunt, ad Mechliniensem sci-
 licet Archiepiscopum, & ad Ruræmun-
 densensem, Iprensem, Bolcoducensem, Atre-
 batensem, Namurcensem, & Audoma-
 rensem Episcopos: insuper die trigesima
 Henricus Gravius hac super re Bru-
 xellas

Sæcul. XVI
A. C. 1587.

*Jf. Habert.
defens. fid.
c. 14 § 3.*

xellas ad Facultatis Decanum perferi-
psit, eoque instante decernebatur, hu-
jus censuræ exempla ad Ludovicum
Barlemontium. Cameracensem Archi-
episcopum, necnon ad alias duas Uni-
versitates nimirum Parisiensem, & Duacensem esse transmittenda: verum Pa-
risiensis Facultas Theologica huic cen-
suræ non adhærens illam approbare om-
nino renuebat: unde Lessius suas opi-
niones Parisiis tradi jactitabat: (*)
Facultas vero Duacensis Lovaniensi,
quam tanquam Matrem suam veneraba-
tur, suffragata est: nihilominus hæc
censura nonnisi die vigesima Januarii
anni sequentis promulgabatur, quo tem-
pore ibidem celebris Estius Theologiam
publice professus erat.

Præterea die quarta Januarii anno
Christimillesimo quingentesimo octoge-
simo octavo hujus censuræ exempla
transmittebantur ad ceteros omnes, qui
illam nondum receperant, Belgii Epi-
scopos, sicut & ad nobiliora Diœcesium
capitula, quorum Sedes tunc vacabant:
influ-

(*) In historia Congregat. de auxiliis,
quod Parisiensis Facultas hanc censuram reje-
cerit, refellitur, atque ex ipso Lessii ana-
chronismo falsum ostenditur.

in super Facultas Lovaniensis, ut semper quantum penes illam staret, sanam, eamque perpetuam circa hosce articulos controversos doctrinam in animis conservaret, Academiae impensis publicam Cathedram ad confutandas Lessii opiniones instituit, dotavitque, hoc autem munus Jacobo Janfonio demandabat, qui in quodam oppido prope Amstellodamum natus Lovanii Anno Salutis nostrae millesimo quingentesimo octogesimo quarto unacum Henrico Cuickio Doctoratus Laurea insignitus erat, atque aliunde accerrimus Lessianae doctrinae adversarius, Michaeli autem Bajo in paucis carus, qui etiam celebris Janfenii Yprensis Episcopi Magister erat.

Sæcul XVI.
A. C. 1587.

Hist. Controv. de aux.
l. I. c. 7.
pag. 16.

§. XIX.

*Middelburgensis, & Ruremundanus
Episcopi Jesuitis fauentes.*

Die decima septima Novembris hoc anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo septimo Joannes Styrenus Middelburgensis Episcopus, qui a Protestantibus Sede sua pulsus Lovanium fugerat, ibidemque Regii Collegii Præses erat, Jesuitas defendendos suscepit, hacque super re ad Lindanum Ruremundanum Episcopum perscripsit, eo fine, ut hunc quo-

Epist. Styreni Ep.
Midd. ad Lind. Episc.
Kure 4. Dec. 1587. & vicissim die 12. Dec. 1787.